

buntur. At iam subiungit, his ipsis temporibus facile inueniuntur, quibus arte Chymica Aristotelis tempore ignorata, subtilissimi humores efficiuntur, dissoluendis quantumuis durissimis corporibus quàm maximè idonei. Quod si ergo Chymicis principijs imbutus Philosophus, paulò accuratiùs scriptorum suorum veritatem explorauisset, haudquaquam in eum, quem obijcit Mercurialis, errorem incurrisset.

At iam Philosophi, vt & cæteri artifices, in alium scopum, suum quisq; propriũ, collineãt. Medicus opere perfecto non plenè contentus, id ipsum in alium vsum conuertit. Alium respicit finem, vt cùm hic artium nonnullarum fit duplex, internus & externus: Chymix quidẽ internus sit Res queuis, in idoneum remedium cooptata: externus verò eiusdem Vfus, ad ægri corporis *περίσσειαν* *καὶ ἀφαιρέσιν* adhibitus. Non pigebit maioris euidentiæ ergò, è Græcorum Philosophorum *ἀκροάσει*, Logicæ distinctionem eam proferre, quã aliam Docentẽ faciunt, ab vsu seiunctam, solis præceptis, quibus ad instrumentorum quæsitorem,

Chymix  
duplex finis.

Logica docens & vates.

torum,